

coenobii VII solidos et in hereditatem defuncti succedat. Solvunt autem predicti Slavi ter in anno singulis vicibus XIII solidos. Hoc etiam propter predictam oblationem ab abbate impetrarunt, quod advocato nullum placitum persolvunt, cetera vero legitima iura Slavorum, que constituta sunt pro cedibus vel furto aliisque culpis, que suboriri poterunt, tempore vel loco, quo abbati placuerit, persolvere debebunt. Huius constitutionis plurimi 5 existunt testes et maxime prenominate congregationis fratres Otto, Ingram, Rudiger, Herman, Wernher dictator et conscriptor presentis pagine. Laici vero Sigifrit dispensator Ludevici comitis provincie, Hartman dispensator tunc fratrum sancti Petri alii que quam plures.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini MCXXXVI, indictione XIII, regnante 10 Lothario imperatore anno regni eius XI, sub Adelberto Moguntino archiepiscopo et apostolice sedis legato et sub Ernesto comite advocato sancti Petri.

Ego Wernherus dei gratia licet indignus, dispensator tamen sancti Petri hec statuta proprio sigillo constabilivi postulans successores meos et rogitando in Christo commonens, ne facile predecessorum suorum consulta infringant, si propria desiderent 15 apud posteros inconvulsa permanere.

118.

Erzbischof Adelbert I. von Mainz beurkundet die Stiftung des Klosters Fredelsloh, das er Mönchen Augustinerordens übergeben habe. Zugleich bestätigt er eine Schenkung des Rudolf von Frankenleben und seines Bruders Hartwich an das Nonnenkloster Fredelsloh. — Zeuge: Landgraf Ludwig. 20 Fritzlar, 1137 Juni 20.

Gedr.: Domeier, Gesch. der Stadt Moringen 155. Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXV, 306.

— — Testes fuere. Adelbertus prepositus sancte Marie in Erpesfurt, prepositus Henricus de Iechenburg, prepositus Gotescalcus de Heilingestat, prepositus Waltherus de Nortun, prepositus Goteboldus de Fridislaria. Laici liberi. Comes patrie Ludewicus, 25 comes Sigefridus de Boimeneburc, comes castelli de Rustebere Tuto, comes Ernestus et frater eius Lambertus. Ministeriales. Lambertus vicedominus de Geismare, Cunradus et alii quam plures.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini MCXXXVII, indictione XV, regnante Lothario II, anno regni eius XIII, imperii III; datum Frideslarie XII. kalendas iulii; felicitate 30 amen.

119.

Kaiser Lothar III. bestätigt der Abtei Stablo deren sämtliche Privilegien. — Zeuge: Markgraf Konrad. Aquino, 1137 Sept. 22.

Hdschr.: Or. Perg. (Purpurpergament mit goldenen Buchstaben) Staatsarchiv Düsseldorf. S. an jetzt verblaster roth- 35 seidener Schnur verloren.

Gedr.: Scheid, Origines Guelficae 2,535. Stumpf 3353.

Ann.: Vergl. Betreffs der Zeugen No. 111.

— — Testes etiam, qui affuerunt, subter annotari fecimus. Albero Treverensis archiepiscopus, Cvonradus Magdeburgensis archiepiscopus, Meingoldus Merseburgensis 40